

Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. Theol. Prof. ... Ad
Exequias Quas ... Viro Johanni Schnittlern/ Civi huius urbis praecipuo, & Templi
apud nos Mariani Praefecto emerito. Paratas cupiunt Vidua cum Liberis;
Academicos Invitat Omnes Ad h. 1. d. XII. Ian. Anno 1663.**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426234>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
J. Schnittler.
Rost. (1663.)

21



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777426234/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426234/phys_0002)

DFG

64

RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTORPIUS,

D. ΘΕΟΛ. Prof. & Past. Dominicæ.

Ad Exequias

Quas

Spectatissimo & venerando Viro

J O H A N N I

Schnittern/

Civi hujus urbis præcipuo, & Templi
apud nos Mariani Præfecto emerito.

Paratas cupiunt

Vidua cum Liberis;

Academicos

Invitat Omnes

A. d. XII. Jan. Anno 1663.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILI Acad., Typogr.

ЯТОЧИ

Universitätsbibliothek Rostock

ЭТИЧЕСКАЯ ФИЛОСОФИЯ
ВОЕННОГО УЧЕНИЯ

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ДОЛГОВА

авторская

сигн.

о. А. С. Бернхардус

BERNHARDUS.

Quid in rebus humanis certius morte?
quid horâ mortis incertius invenitur?
Senibus quidem in januis, Adolescentibus
in insidiis est. Ergò ne glorieris in crasti-
num, ignorans quid superventura
pariat dies.

Academicoe

Imperiali Universitatis

Academiae Scientiarum



РОСТОЧИ

Иоаннис Генрихус Табори



RECTOR ACADEMICUS
JOHANNES QUISTORPIUS D.



Mnibus quamvis hominibus moriendi necessitas incumbat, ut nec ætas, nec sexus, nec locus, nec dignitas ullæ quenquam à morte immunem præstet: tanta tamen sapissime humanas mentes mortis oblivio capit, ut omnem de ea cognitionem deponant, & monitoribus quibus mortis memoria refriceretur egeant. Ägyptiis solempniter fuit, inter epularum delicias, & convivarum hilariores commissationes, ligneum cadaver convivantibus exhibere, & hac voce *εἰς τὸν ὄρεα τίνεται οὐαὶ τοῖς πόροις* *ποτε δὲ σπονδυῶν τίστεται* eos mortalitatis suæ admonere. Persæ domi suæ mortuos sepeliebant, non alio certè fine, quam ut mortis memoria vivorum oculis perpetuo obversaretur. Ptolomæus Philadelphus Ägypti Rex, quoties mensæ assidebat, cibum sumpturus, ad emortui hominis cranium mensæ impositum respiciebat,

bat, indeq; immortalitatem suam discebat. Severus Imperator sanus & vegetus saepe loculo quem sibi vivo constitui curarat, se includebat, ne mortalem se esse obliuisceretur. Nobis, si vel nos ipsis ingredieremur, & à mortis injuria ne ad horulæ momentum immunes nos esse consideraremus; vel alios quos à morte abripi cernimus, intueremur; his aliisq; consimilibus mortalitatis nostræ monitoribus, opus non esset. Occant nobis, quotquot discidunt, ex tumba sua singuli illud Syracidis. Memor esto judicij nostri, sic enim erit & tuum; Nobis heri & hodie tibi. Intueamur in præsentia hunc solum, cui nunc justa facimus, Senem ætate venerandum, JOHANNEM Schnittler optimum & Spectatissimum virum, ut mors hunc annis magnum, & canitie insignem sustulit; ita & tibi quisquis es, singulis horis, singulis momentis sua intentat spicula. Nec te propterea extra telo jactum possum putare, quod firmo adhuc incedis talo, quod sanum & robustum tibi corpus, quod facies nitida, quod color vividus. Nihil horum mors respicit, quæ in juvenes, in senes, in validos, & in infirmos, sine ullo discrimine sævit; nec ulla est ætas, ulla forma, ullum robur, quod non suæ mortalitatis & fragilitatis in aliis exempla habeat. Huic nostro B. JOHAN Schnittlern
Eccuit ad Nonagesimum propæætatis annum super-

vivere,

vivere, quod ne millesimo cuiq; cōtigit. Vitā enim hanc mortalem in Coloniensi Dioec. zu Langenschede Anno 1579. ipso die Anthōnii intravit. Genus & ortum ex laudatissimis parentibus traxit, Patrem habuit Domīnum JOHANNEM Schnittern Consul. in Langenschede. Matrem GERTRUDAM Horbes fæminam honestissimam. Sed his suis genitoribus cīrō orbatus, ne aliquod ipsi periculum à vicinis Pontificiis immine-ret, Patrix solum reliquit, & negotia ad mercaturam pertinentia exercuit, adeo accurate, ut JOHAN Westhoffen præcipui Civis ac institoris vidua B. ELISABETHA, Senatoris DN. HENRICI Gusebiers filia, Conjugium cum ipso inierit. Cui castè & in timore Domini per XXV. Annos cohabitavit. Eaq; VII. liberorum parentem Maritum fecit: ANNÆ sc. I. ANNÆ II. GERTRUDIS, HENRICI, JOHANNIS, LAURENTII & ELISABETHÆ. Quorum duo JOHANNES & ANNA jam olim in cœlestem patriam præmissi sunt. GERTRUDA desponsata Amplissimo Senatori DN. CHRISTIANO von Ehienen facta est mater XII. liberorum, CHRISTIANI, JOHANNIS, CHRISTIANI, MARGARETHÆ, ELISABETHÆ, GERTRUDIS, HENRICI, CATHERINÆ, ÆGIDI, NICOLAI, ELISABETHÆ & BARBARÆ. Ipsa verò una cum marito, rebus mortalium paucos antè annos valedixit. B. HENRICUS.

RICUS Juris Doctor, cū in reiterato toro ipsi **JOHANNES** ac **HENRICUS**, ex ornatissimis uxoribus **CATHARINA** Duncers & **ELISABETHA** Geissmers / nati essent, in manus Patris Summi resignavit animam suam. Experientissimus Medicinæ Doctor **LAURENTIUS** Schnittler / qui in matrimonium duxit, **ROSINAM**, Excellentissimi DN. D. **LUDECI**, Medici & Physici Stralsundensis, Adfinis nostri pl. æstimati, filiam ; cum eā suscepit **JOHANNEM**, **MICHAELEM** & **LAURENTIUM** filios tres : Is dolorem ex morte sui Patris admodum percipit. Restat minor natu filia, Pia **ELISABETHA**, costa mellita, Amplissimi DN. D. **HERMANNI** Lemken Jcti, Professoris & Syndici nostri clarissimi ; optima mater filiorum **JACOBI** & **JOHANNIS**, triumq; filiarum. **B. ANNÆ** **ELISABETHÆ**, & **ANNÆ** ac **ELISABETHÆ**. Quæ percharo Patri lachrymabunda iræ equias. Sed ex diverticulo in viam redeamus. Noster **B. JOHAN** Schnittler defunctâ primâ sibi dilecta uxore, Anno 1639. d. 18. Novemb. ad secunda vota transiit, sibiq; associavit commendatissimam, **ELISABETAM** ~~& schwartzopffs~~ CASPARI Schwartzopffs emeriti ædilis templi Jacobæ filiam, Viduā moestissimā. Nec caruit hoc matrimonii benedicta fæcunditate; ex hoc enim toro, quoq; puellas duas **MARGARETAM** & **ANNAM** cum filio **JOHANNE** sustulit ; modo

modò orphanos , misere propè confectos . Nequaquam inter postremissimos Eum censere debemus , qui partes boni Civis , Sedecim - Viri , & Curatoris Templi Mariani diu satis , & ex asse explevit . Qui vidi liberos ex se natos ac Nepotes , XXXII . Vir rari exempli . Tandem cum hujus viræ satietas ipsum caperet . Ultima vitæ tempora piè transegit . Et brevante mortem , per Oeconomum Mysteriorum Dei , Virum Perquam Reverendum Dominum JOACHIMUM LINDEMANNUM , Archidiaconum Marianum prætiosissimum , Affinem & in Christo fratrem colendum , Eucharistiam sibi adornari curavit . Quibus ritè peractis , die secundo Jan . circa meridiem , inter preces & lachrymas beatè obdormivit . Quamvis Vidua Liberi hi , nepotes & neptes , aliter juxta nobiscum judicare non possunt , quam bene cum hoc nostro actum esse , quod tandem ex his mundi fluctibus enatarit , & portum inerarit ; quæ tamen est naturalis storges vis , non possunt non lugere , dum Patre se , quem vivum in deliciis habuerunt , orbatos cernunt . Nec quisquam cuiquam vitio vertet , si diutius hunc supervixisse optet , in quo vivo illæ cernebantur virtutes , ex quibus vita adhuc longiore mortuum hunc dignum fuisse , colligere posfit . In conversatione suavitas , in moribus concinnitas , in obeunda

templic

templi Marijani præfectura, quam per integros 30. annos sustinuit fidelitas, in vita tota, illa quæ bonum Civem ornant, & Christianum demonstrant, elucescebant. Verum quum dies nostri in manu Ejus sint, penes quem vitæ & necis jus est, quumq; illi placuerit, senem hunc per semiannum, languida membra trahentem, per placidam emigrationem evocare, ipsius voluntati & nostram submittamus. Quumq; hodiè corpus, quod animæ in cœlis nunc agentis domicilium fuit, terræ mandari debeat, amicè rogo & moneo omnes Academizæ nostræ cives, ut ad horam primam hodiernam, in templo Mariano frequentes conveniant, & justa Piis Manibus debita persolvant.

P P. Rostochii d. 12. Jan.

Anno 1663.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777426234/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426234/phys_0013)

DFG








Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777426234/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777426234/phys_0016)

DFG

modo orphanos, miserore pro-
quam inter postremisimos Eu-
qui partes boni Civis, Sedecim-V
pli Mariani diu satis, & exasse
beros ex se naros ac Nepotes,
pli. Tandem cum hujus vitæ
Ultima vitæ tempora piè tran-
mortem, per Oeconomum My
Perquam Reverendum Domini
LINDEMANNUM, Archil
prætiosissimum, Affinem & in
dum, Eucharistiam sibi ador
ritè peractis, die secundo Ja
interpreces & lachrymas beate
Vidua Liberi hi, nepotes &
nobiscum judicare non possunt
nostro actum esse, quod tandem
bus enatarit, & portum inerari
ralis storges vis, non possunt ni
se, quem vivum in deliciis ha
nunt. Nec quisquam cui pia
hunc supervixisse optet, in que
virtutes, ex quibus vita adhuc
hunc dignum fuisse, collige
satione suavitas, in moribus c



the scale towards document

tos. Nequa-
e debemus,
atoris Tem-
Qui vidit li-
ir rari exem-
sum caperet.
breviante
Dei, Virum,
CHIMUM
Marianum.
atrem eolen-
vit. Quibus
meridiem,,
vit. Quamvis
aliter juxta
enè cum hoc
nundi flucti-
nen est natu-
dum Patre
orbatos cer-
ret, si diutius
cernebantur
e mortuum.

In conver-
, in obeunda

templi